



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Die Universität Paderborn**

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

**Freisen, Joseph**

**Paderborn, 1898**

VIII. Bestimmungen über die Paedagogia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8008**

4to Studiosorum Sodalitates convenient hora prima a meridie diebus Dominicis. Dominorum solennioribus tantum festis hora 3tia, aliae hora sibi consueta.

5to. Festa sua ut plurimum celebrant in templis nostris aliae, quae etiam pro indulgentiis a Concionatore promulgandis alios invitant ad Solennitatem, aliae in suo ubi mos obtinuit, hoc praestant Oratorio, vel scholastica Gymnasii aula; habita tamen indulgentiarum ratione, quam innuant data in aliquot Provincias responsa Romana.

6to. Peculia Sodalitatum ferre a Thesaurariis quibusdam, uti vocant, ex eodem caetu delectis asservant, de quibus deinde dant rationes illis, quorum interest aerario Sodalitatis invigilare: ubi vero curam eorum habent nostri, apud Superiorem deposita et obserata asservantur, et rationes redduntur patri Provinciali.

7timo. Praesidibus cavendum est, ne quid novi, maioribus praesertim sumptibus perficiendum suscipiant, licet hoc Sodalibus forte probantibus, aut consentientibus arrideret, nisi informato prius, ut par est, Superiore, et obtenta ab illo Facultate: quae quidem etiam petenda erit, ut libellum pro strena dandum Typo dare possint.

---

## VIII.

### Bestimmungen über die Paedagogia.

Manche Scholaren kamen mit geringen Kenntnissen in den Elementen der Grammatik auf die Universität. Die Bursen halfen dem Bedürfnis solcher Scholaren zur Weiterbildung meistens nur recht unvollkommen ab. Es wurden deshalb sogenannte Paedagogia oder Lateinschulen eingerichtet, an deren Spitze der Paedagogus stand.<sup>1)</sup> Diese Paedagogia standen unter der Auf-

<sup>1)</sup> Vgl. Kaufmann, Die Geschichte der Univ. II. 239. Auch der Hofmeister in einer Familie war ein solcher paedagogus. Vgl. Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 332 Anm. 2.

sicht des Praefectus generalis studiorum.<sup>1)</sup> Die folgenden Regulae finden sich auf einem losen Blatte, das wohl zum Anschlag diente, in dem Mnscr. der Theodor. Pa. 89.<sup>2)</sup>

### Regulae Paedagogorum.

Nemo huius Academiae, cuiuscunque sit Facultatis, ullius adolescentis curam suscipiat, neque in ullam vacantem Conditionem se ingerat, nisi expresso Praefecti consensu; quodsi quis attentare ausus fuerit, noverit se ipsa Conditione excludendum, et nisi pareat Gymnasio exturbandum; porro qui ad Paedagogi munus admissi fuerint, has regulas observabunt.

#### I.

Mane circa medium quintae de Aestate, circa quintam de Hyeme cum suis surgant, attendantque, ut omnes inter induendum, sicut et vespere inter exuendum, memores sint verecundiae et modestiae, Dei Angelorumque praesentiae debitae.

Potestas dispensandi in tempore surgendi (aut in ulla ex his Regula) penes Praeceptores non erit, nisi diebus Dominicis et Festis, et quando tota die vacatur et lectiones in Scholis non habentur. Si in septimanam non incidit dies festus, nec tota die recreatio indulgetur, statuetur una dies in

<sup>1)</sup> So nach der Forma et ratio gubernandi Academias et Studia generalia S. J. in provincia Austria 1658 (ausschliesslich von den Jesuiten geleitete Universität) bei Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 332 No. 12: Ad eundem etiam (scl. generalem praefectum studiorum) spectat superintendencia et inspectio Paedagogiarum, ita ut sine illius scitu et approbatione non facile quis ad illas adhibeat vel ab iisdem removeatur a praefecto inferiorum Scholarum, ad quem immediata executio devolvitur. Auch in den Schulgebräuchen der niederrheinischen Ordensprovinz werden die Paedagogi erwähnt, Vgl. oben S. 94. Auch in dem Memoriale für Mainz 1602: Ad Paedagogias solus studiorum superiorum praefectus promouebit. Ad quem tam praeceptores quam alii e nostris referent vel ad ipsum dirigent, qui paedagogos postulabunt, simulque significabunt, si quos idoneos inter discipulos pro illis paedagogis existiment. Quando autem inter Philosophiae vel Theologiae auditores non erunt idonei, Praefecto inferiorum indicabit, vt ex aliis Scholis quempiam ad conditionem oblatam assumat (bei Pachtler, Monum. cit. p. 145).

<sup>2)</sup> Die Praeceptores waren von den paedagogi unterschieden. Über sie findet sich in dem Mnscr. der Theodor. Pa. 45 auf einem losen Blatte (Abschnitt eines Briefes dd. Coloniae 16. Julij 1704) die Bemerkung: Praeceptores manent sub iurisdictione Rectoris Magnifici, gaudentur omnibus priuilegijs, quibus studentes actu, ita observatur Coloniae.

Scholis, qua liceat ita somnum protrahere, ut tamen statuto tempore in Scholis esse possint etc.

II.

Persolutis precibus matutinis et praemissa bona intentione inchoantur studia usque ad tempus scholarum continuanda. Consuetis exercitationibus in Musaeo finitis, suos (uti et a meridie) auditio aeris Campani signo ordine ad Gymnasium deducent, suaque praesentia impudient, ne diu haereant in plateis, insolentias exerceant etc.

III.

Medianam horam redeuntibus e Schola pro jentaculo sumendo indulgebunt si propter frigus, vel alia de causa ad consuetas horas doctio non protrahatur, nil ultra medianam horam indulgetur v. g. hora octava si exeatur e Scholis, medio nonae resumuntur libri in Museis. Ab hac Regula non excipitur media tantum dies recreationis. Praemissa oratione consueta ante studia, congregatos in Museum interrogabunt, an juxta Magistri correctionem sua ipsi argumenta emendaverint? an ejusdam ex Discipulis argumentum publice praefectum sit, quae sententia Magistri de correctione allata, an (etiam quandoque bonus dormitat Homerus) forte erratum, an melior elocutio suggerita etc.

J. Freisen, Quellen.

IV.

Certa pro prandio sumendo hora cum consilio hospitis statuenda, quo sumpto dimidiata hora relaxationi, aut colloquio indulgeri potest de aestate, ludere tamen conis, pila aut alia ratione non licebit.

V.

Tempus pro refectione mane e Schola redeuntibus, Regula 3<sup>ta</sup> praefixum, servabitur etiam post Lectiones meridianas. Diebus recreationum Hyeme hora 4<sup>ta</sup>, Aestate hora 5<sup>ta</sup> in Museum ad studia redibunt.

VI.

Diebus Solis et Festis Grammatici mane jubentur ire ad Museum hora nona, Poëtae, si interfuerint Sacro Musico, medio decimae. Attendent diligenter Praeceptores, ne his diebus tempus vacuum, prandium inter et Catechismum, nugis lusibus, aliisque insolentias exercendis impendant. Finito Catechismo per Hyemem aequae ac per Aestatem hora 4<sup>ta</sup> resumuntur studia; si Poëtae soli (vel omnes Scholae) ex praescripto debeant interesse Laudibus, studia inchoantur medio quartae. Quando Laudes arbitriae sunt, semper suos Discipulos illuc comitabuntur, vel eos domi in Museo continebunt.

VII.

Quoties vel Menstrua, vel ob incidens Festum extraordinaria Confessio erit, et sesqui horae Lectio, reduces e Schola, sumpta refectione vocabunt ad Museum, ut schedulas confessionis scribant, deinde bonis monitionibus de reverentia suscipiendo Sacramento debita instructos deducent ad Templum, ne diu haerendo in plateis et circumcursando serius ad Sedem Confessionalem veniant, et Confessariis taedium creent.

VIII.

Singulariter per Aestatem attendent, ne per hortos, aliaque loca libere vagentur, aut se a communi loco recreations subducant, neque permittent unquam, ut in urbe per loca sacra, Coemiteria, immunitates Ecclesiasticas, discurrent, aut in plateis pro foribus hospitiorum insolentias et tumultus excitent; si quid ejusmodi contigerit, imputabitur Praeceptorum negligentiae in attendendo et Discipulorum vitam et mores. Usum Latini Sermonis magnopere Discipulis commendent et per notam linguae promoveant, ideoque et ipsi latine loquantur, nec suos vernacula uti permittent, ne quidem cum honestae relaxacioni vacant.

IX.

Coena sumitur hora 7ma, qua sumpta de Hyeme qua-

drante ante octavam resumuntur libri, tertio quadrante in nonam fusis ad Deum Divosque precibus et conscientiae examine peracto, ad nocturnam se quietem decenter component. De Aestate vesperi protrahentur studia domi ad medium octavae, deinde coena sumpta indulgetur honesta relaxatio sine clamoribus et magno strepitu, ita quidem, ut nemini licet vagari per plateas, multo minus conis aut pila ludere, tertio quadrante in nonam etc. ut supra. Diebus Sabbathinis praelegetur et explicabitur post sumptam coenam aliquid loco studiorum ex Horologio Iuventutis libro olim typis edito a. R. P. Dirking Societatis Jesu.

X.

Moderationem adhibeant in puniendis Discipulis, amore potius et sollicitudine de Discipulorum progressu in literis, sibi autoritatem concilient, quam timore et immoderatis verberibus; graviora referant in Catalogum singulis septimanis ad Magistros, ad Praefectum, quot mensibus, si voluerit, mittendum, vel alio modo, si res moram non patiatur, ea denuncient. Ratio scribendi Catalogi haec erit: hac septimana contra nullam Regulam a meis peccatum est, aut si quae Regula servata non sit, specialis de illa, et causa transgressionis mentio fiet. Tum

subjiciant de negligentia, moribus, diligentia Discipulorum etc. saepe cum Magistris de profectu Discipulorum sermones conferant, Dictata in Scholis sedulo relegant; ut eidem cum Magistris stylo assuecant.

### XI.

Nunquam suis permittent instituere domi compotationes aut convivia nomine regalium, Bacchanaliorum, Martinalium, Natalium, aut alio simili titulo. Ipsi vero Praeceptores Discipulis optimo in omnibus exem-

plo praelucebunt, saepe memoris, severam aliquando rationem reddendam Deo esse, si forte, quod Superi avertant, vetitis lusibus, nocturnis grastationibus, compotationibus Discipulorum mores depravari. Denique ipsi Discipuli praeter liberale minerval Pae-dagogis suis obedientiam modeste et reverenter praestabunt in iis, quae ad studia et ad accuratam harum Regularum (quae Domi in quolibet Mu-saeo affigentur, sub finem anni scholastici reddendae Praefecto) observantiam pertinent.

---

## IX.

### Calendaria (Schulkalender).

Von den Calendarien der Paderborner Universität teile ich die vier mir zu Gesicht gekommenen wörtlich mit, denn sie sind von einander mehrfach verschieden und enthalten viel Material zur genauen Würdigung der Thätigkeit an der Universität.<sup>1)</sup>

Das eine, mit dem Titel: *Calendarium studiosorum in aliquibus antiquatum*, ist das älteste und nach 1622 entstanden.<sup>2)</sup> Es ist enthalten in dem Mnscr. der Theodor. Pa. 55.

---

<sup>1)</sup> Eine Vergleichung der vier Calendarien ergibt die Unrichtigkeit der Bemerkung von Pachtler, Monum. Germ. cit. p. 214: „Die Diarien der Jesuitenschulen sind sich, bis auf verschwindende Kleinigkeiten, fast alle gleich.“ Es ist das nicht mal richtig für die Paderborner Calendarien.

<sup>2)</sup> Es folgt das aus der Bemerkung zum 31. Juli, in welcher der Stifter der Gesellschaft Jesu bereits Sanctus heisst. Ignatius wurde 1622 kanonisiert.